

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4313

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1845

POLEMICI.

quam igne cremaretur Vienne in Austria Anno 1528. totus factus errabundus pueros noluit confiteri, an saluentur uel damnentur, sed idipsum committendum esse misericordie dei et eius omnipotentie. Etiam Anabaptismum semel abiurauit et reuocauit in Ciuitate beluetiorum Zurich &c.

CCCCLXIV.

659 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 29. 4. inscribitur: *Colloquia privata Super publico colloquio pro concordandis nonnullis in christiana Religione controversijs, nuper Vuormatię cepto, Ratisbonae uero (quod faxit Deus Opt.) in Comitijs Imp. consmando. inter D. Fridericum Nauseam, M. Philippum Melanchtonem, et M. Bucerum habita. Sequitur: Additus est etiam Catalogus Doctorum tam Catholicorum, quam Protestantium, Vuormatię presentium. Verum Catalogus is in Exemplo non comparet. Denique infra haec adscriptum alia manu: Ex hoc Exemplari Vienne impressus est hic tractatus. Et adjacet mihi haec Impressio, quam tribus Exemplis servat Bibliotheca Augusta, quamque, ut nec Locum, nec Annum praeferrat, testimonio tamen Codicis, et characteribus Officinae Singrenianae noscendam in Supplemento Historiae meae Typogr. Vienn. vernac. descripsi. Colloquio publico Wormaltiae initium datum est 13. Jan. 1541. inter Phil. Melanchthonem et Job. Eccium Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

1846

Moderatore Granvellano, finis impositus 17. ejusd. mensis, tractandis omnibus ab Imperatore Ratisbonam avocatis. Nostrorū privatus congressus inter Viros supra nominatos, quibus accensendus D. Casp. Cruciger, incepit 19. Dec. 1540. in aedibus Job. Frid. Aurinodii Doc. Theol. et Praedicatoris Eccl. Wormat. ubi Nausea e lithiasi aeger decumbebat. Constat is praeter ore tenus ultro citroque dicta Epistolis Philippi ad Nauseam III. Buceri ad Eundem IV. quarum ultimae maxime prolixae in Cod. et Impressis subditur: Respondisset ad bec omnia ipse D. Nausea, nisi preter omnium opinionem ob Imperatoris aduentum solutus fuisset Colloquij Conuentus, Die XVII. Januarij, Anno MDXXXI. Atque hic fuit hujus, ut omnium, Colloquii eventus, in quo tamen humanitate et moderatione utrinque certatum est.

CCCCLXV.

Codex chartaceus lat. Sec. 564 XVI. Folior. 342. continet Scripta Polemica Jobannis Felicis cuiusdam Poloni O. M. quorum breviter texemus Catalogum, cum iis immorari operae pretium non sit, unde et a Waddingo in Scriptt. Ord. sui praeteritus videatur. Epistola ad illustrissimum Regem Romanorum ac Boemorum ferdinandum cum omnibus filijs suis, in qua Lutherò offertur Monomachia: eo pacto ut vietus de-
S s collectur

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4313

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1847

C O D I C E S

1848

colletur et omnino occidatur. Epistola e Capitulo Ordinis Brunnae celebrato a. 1536. data ad nostrum a Ministris Provincialibus Bohemiae F. Gilberto a Lubano et F. Antonio a Sprottha, qua rogatur, ut dimisso ad Infideles abeundi proposito in laboribus apostolicis Cadani persistat. Praet Epigramma Constantini Selendbri Baccal. in laudem Felicis, adjunctis aliis in modum Versuum scriptis quidem, nihil tamen minus quam Veribus, quibus viis non possit non venire in mentem Dictaminum rigmaticorum inter Obscurorum Virorum Epistolas obviorum, atque his gemina per totum Codicem sparsa sunt. Sequuntur: Sacrarium Scripturarum sive Epistola ad Martinum Lutherum cum sua Luthera constans Parte Tragedica, Comedica et Argumentica. Scrutatorium quartarium, cuius Partes Theosebica, Evangelica, Theologica et Christianica. Antidotum pro cipientibus seruare mandata dei. Liber Birgitanus seu Excerpta ex Birgittae Operibus. Defensorium Magistri Petri Lombardi contra Lutherum. Duellum iohannis felicis cum Martino lutherio alias libellus argumentarius de quatuor scilicet de Arbitrij libertate Papae autoritate Ecclesie unitate Sacramentorum veritate, non sine praeviis Pugilum figuris linearibus horridis. Praemittitur insuper Epistola Imperatoris moderni Caroli Incliti Germani Regis foerdinandi, quae nihil est aliud, quam Scriptum Caroli in Con-

ventu Wormatiensi die 19. Apr. 1521. lingua Burgundica in Senatum Imperii missum, cuius in latinam traductio praesenti concinnior habetur apud Cochlaeum in Comment. de Act. et Script. Mart. Lutheri edit. Mogunt. 1549. p. 34. f. Gemina item Franciscani Nostri ad Collegium Lipsiense increpatoria, quod Lutherum ejusque doctrinam foveat, in quarum posteriore, quae ad certamen cum Lutheru offerit, haec legas: Remittetis mihi litteras vocatorias ad uniuersitatem vestram per tales nuncium, qui nulli alteri: sed in manus meas representet eas. Extra Civitatem Cadanam in Claustro fratrum minorum sancti bernardini inueniet me. Item: a quinquaginta annis (vt sum in religione) potius occupavi me in orationibus quam in aliquibus studijs &c. quod utique liquet. Duello subjicitur Responsum breve Lutheri, quod, cum inscribatur: Martinus Lutherus Ecclesie lumen &c. non ab ipso met profectum putem. Datum dicitur: ipsa die Simonis et iude. Ex edibus D. martini lutheri Anno 1545. habetque adnexum Responsum Nostri non tamen ad Lutherum ipsum, sed ad Collegium rursus Lipsiense directum. Hanc deinceps velitationem excipit: Martinus lutherus contra conformitatum librum fratrum minorum, id est, hujus Praefatio Alcorano Franciscanorum Erasmi Alberi germ. et lat. accommodata, cum Nostri Responso. Succedanea sunt: Ammonio uniuersalis

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4313

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1849

P O L E M I C I

1850

salis Ecclesie ut stet firma sub pedibus summi Pontificis. Resolu-
cio argumentorum utrum Hereti-
ci habeant Sacraenta Ecclesie,
an non. Dyalogus cum Martino
luthero de nouem eius erroribus
vel heresibus contra Euangeliū
solum. Confutacio scriptorum om-
nium martini lutheri; Et preci-
pue quecunque scripsit contra vo-
ta monastica. Et alia deo debita.
Dialogo inclusa, in quo insulse
Sapa futat et Papa confutat. Re-
sponsū Catholicum ad dogma He-
reticum martini lutheri de insti-
tuendo pastore Ecclesiastico. At-
que hic ceteris prolixior et ulti-
mus contra Lutherum Tractatus
est. A fol. 272. p. 2. habentur:
Reprobacio omnium Errorum Gre-
corum hereticorum. Libellus bus-
luther vocitandus Translatus de
lingua bohemica in linguam lati-
nam per Jobannem foelicem polon-
num: Et correctus de vita et cre-
macione Jobannis de hussinecz. Et
Jeronimi de praga: per discipu-
lum eorum conscriptus petrum de
Mladenavecz. Qui fuit Notarius
domini Jobannis de chluma &c.
Autorem hujus Relationis igno-
rasse videntur Editores Opp. Hus-
si, qui eam ex alia tamen Ver-
fione Tomo II. edit. 1715. p.
515. ἀναρτούσιον inseruere. Auto-
γεράφον in templis Ecclesiae Boe-
micae legi solitum testatur Lupacius
ad 7. Febr. qua die a.
1451. obiit Autor Petrus de
Mladenavecz sive Mladonowicz
Pastor aedis D. Michaelis in an-
tiqua urbe Prag. Huttoque admo-
dum carus, ut liquet e variis lo-

cis T. I. Opp. cit. Atque vel ex
hac observatione colligi vellem,
nihil veterum Scriptorum teme-
re contemnendum aut abjicien-
dum esse, cum paene e quovis in
literariam saltem Historiam lux
aliqua deflecti queat. Quod cor-
rectum ait Libellum J. Felix
noster, interpolatum animadver-
sionibus ejus intellige. In iis Pog-
gius quoque Hieronymi Prag.
laudator suo congiario non frau-
datur. Sequitur: Libellus contra
Jobannem Persteynecki, cuius ad-
scribo initium: Rogo ne impute-
tur michi tarda responsio ad vi-
ginti sex articulos Cuiusdam Jo-
bannis Persteynecki: Quos misit
discernendos nobis Bohemis mora-
uis polonis ac Ruthenis. Qui su-
mus de uno lingugio quamvis in
aliquibus syllabis mutatur: Vtrum
sint Catolici an heretici, Quia
venerunt in manus meas feria
quarta post letare Anno &c.
XLV. Et eadem hora cepi re-
sponsū dare quod ad omnes mit-
to vniuerditates — et quia non-
dum bene didici bohemice scribere.
malui latino ideomate respondere
&c. Articuli memorati ex Ana-
baptistarum et Picardorum Scho-
la sunt. Nescio, an Autor sit
Job. a Pernstein Baro Boemiae
atque Moraviae, cuius mortem
Lupacius ad 8. Sept. et Oct. an-
no 1548. nunciat. Improbacio
quatuor articulorum hussitarum
alias uiicellefitarum. Condemna-
cio Seſe seu legis machometice.
Demum: Ouilegium sermonum
pro cruce signatis. Vides dici de
Nostro posse: Manus Ejus con-
tra

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4313

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1851

C O D I C E S

1852

tra omnes. Quo magis mirum , nullam ejus mentionem fieri in Annalibus Ordinis Min. Nolis tamen aut jocari cum eo , aut serius esse ; dum enim jocatur , cantat : Ecce luther martinus ruderius Rudis rudior Rudissimus Johannis de manswelt Rudelij filius ; dum serius est , Lipsiensis Doctores increpat , quod tamdiu Martinum lutherum non occiderint. Vide foll. 14. et 172.

CCCCLXVI.

⁶²⁷ Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 288. 4. Congeries est variorum Scriptorum ad Controversias Religiosas hoc Seculo agitatas pertinentium , maximeque contra Caroli V. Formulam dictam Interim directorum , quae perlustrabimus. I. Caroli V. Mandatum germ. ad Episcopum Ratispon. qui tunc erat Georgius a Papenheim , ut referat , qua ratione Interim in ejus Diocepsi observetur , et urgeat observantiam. Geben in vnser Statt Brussel in Brabant den 12. Octobris. Anno 1548. vnser Keiserthums im 28. Jare. L. d.

II. fol. 3. Ejusdem Mandatum germ. de observando Interim ad Statum Equestrem Districtus dicti am Kocher , fluvium Sueviae. Geben in vnser vnd des Reches Stat Augspurg &c. 17. Julii 1548. Imperii 28. Regnorum 33. Subscripti Carolus. A. Perrenot. Jo. Obenbürger.

III. fol. 5. Anonymi Scriptum germ. contra Interim , quod prae-notatur: Vermanung dem volck des Interims von irer opfermesse für zu lesen. et incipit: Ir ge-liebten in Christo Jesu unserm Hern , In disem heiligen Ampt &c. Contra Missae Sacrificium potissimum pugnat , et hic e ty-po descriptum dicitur.

IV. fol. 11. Aliud titulo : Das Interim Illuminiret vnd auss-gestrichen mit seinen angebornen naturlichen farben &c. et : Von Interim ein Judicium. Autoris nomen indicatur his literis L. R. C. A. Initium est: Vom Interim zu schreyben ist sorglich vnd mis-lich &c. Coloribus sex causticis adumbratur Formula Carolina. Ad calcem : Datum Augspurg Sonnabends nach Jacobi Apostoli. Anno 1548. Adsunt Notae mar-ginales , totumque iterum e ty-po descriptum adseritur.

V. fol. 19. Wittebergenium quorundam Exceptiones contra Interim germ. Ettlicher von Witteberg bedencken auff das Interim. Initium : Erstlich das man fürgibt , wie die Principal vnd baubtartickbl &c. Percurruntur Capita de Iustificatione , Eccle-sia , Sacramentis , Confessione , Satisfactione &c.

VI. fol. 31. Wittebergenium et Lipsiensium Confilium contra Interim germanice : Ratschlag der Hochgelernten zu Witteberg vnd zu Leiptzig , das das Interim keins wegs , kein Christen anzunemen sey. 1548. Initium : Vnns